

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Geographia universalis**

**Ptolemaeus, Claudius  
Münster, Sebastian**

**Basileae, 1540**

Brabantia et Geldria

**urn:nbn:de:bsz:31-67084**



# BRABANTIA ET GELDRIA


Continet tabula ista Brabantiam, cuius termini sunt ab oriente Mosa fluuius, ab occidente Scaldia fluuius & Hannonia; Hollandia à septent. & comitatus Namurci à meridie Inter Rhenum & Mosam comprehenduntur ducatus Cleuens, ducatus Geldria, ducatus Iuliacensis & ducatus Limpurgensis. Ducatus Limpurgensis ab Henricis imperatoribus erectus cito defecit, additusque est ducati Geldriae. Anno uero millesimo ducentesimo nonagesimotertio captus dux Geldriae in bello à duce Brabantie, pro sui liberatione magnam partem de ducatu Limpurgensi dedit duci Brabantie. Comitatus Geldriae initium sumpsit anno salutis 935. Postea an. Christi 1329. factus est ducatus per imperatorem Ludouicum. Quo anno & comitatus Iuliacensis dicitur factus marchionatus, ac deinde post triginta annos, erectus in ducatum. Ducatus uero Bergensis seu Montensis primum fuit comitatus, ac deinde factus est marchionatus per Carolum quartum, cuius filius Vuentzeslaus paulo post marchionatum sublimauit in ducatum. Metropolis illius ducatus dicitur esse Deuselberg, è regione Geldriae situm habens. Dominium Cleuense in concilio Constantienti, anno scilicet Christi 1417. surrexit in ducatum. Ducatus Brabantie successiue multos & uarios habuit dominos. Ab initio fuit sub duce Lotharingie. Deinde anno Christi 1106. Henricus quintus tradidit illum dominis de Louanio. Et cum illorum posteritas quoque deficeret, rursus peruenit ad Lotharingios. Cumque dux Iohannes anno Christi 1355. sine uirili semine decederet, filia eius Iohanna ducto marito Vuenceslao Bohemo, illoque mortuo, ducatus praefuit 22. annis, post cuius obitum, sororis suae nepos nempe Antonius, Philippi ducis Burgundiae filius, propinquior haeres successit in ducatu. Et cum is quoque sine uirili semine hinc migraret, fratris sui Iohannis ducis Burgundiae filius Philippus nomine, factus est dux Brabantiae, anno scilicet 1434. Subiugauit & Hollandiam atque Selandiam dominio suo. Huic successit Carolus filius eius Burgundiae dux, cuius filiam Mariam Maximilianus imperator duxit uxorem, factusque est per eam dux Burgundiae, dux Brabantiae, comes Hollandiae & Selandiae &c.

Locorum quorundam huius tabulae interpretatio.

Colonia agrippina	Coln	Traiectum superius	Mastricht
Aquisgranum	Ach	Traiectum inferius	Vtrecht
Iuliacum	Gulch	Mechlinia	Mechel
Leodium	Lutich	Antuuerpia	Antorff Antwerp
Hannonia	Hennengow	Louanium	Loenen
Nouiomagum	Newmegen	Bruxella	Brussel
Tongari	Tongerem		

# BRABANTIA V. RHENI ET X. NOVA TABVLA.





Landesbibliothek  
Karlsruhe

SV

Nu  
faerun  
compr  
cum P  
Marca  
plana  
carum  
occupa  
bus, pr  
tura &  
inueni  
sunt to  
cuius f  
gnit  
rem fil  
eius. P  
dit uni  
hzrede  
pe Oto  
Bertho  
fen. H  
Frideri  
factus  
canū. H  
succes  
per eā  
Sicilia  
ctus in  
se Her  
Sicilia  
las in fi  
ter occ  
zquita  
aut hec  
quis in  
dam fil  
quiter  
quoru  
donec  
genfer  
Christi

Hac  
usq; ad  
nobis  
copiam  
gnum